







EL M. Fr. I V A N D E
 LOS ANGELES VICARIO
 General desta Prouincia de Andaluzia
 Orden de Predicadores. A los M.R.R.
 PP. Maestros, Priores, Presentados,
 Predicadores Generales, y demas Pa-
 dres y Hermanos amados en Christo
 nuestro Señor. Salud, &c,

YA a V. PP. y RR. consta como nuestro Señor fue
 seruido de lleuarse para si nuestro Reuerendissi-
 mo P. Fr. Thomas Turco Maestro General de toda
 la dicha Orden, conque nuestra sagrada Religion ha per-
 dido letras, gouierno, espíritu y autoridad, y todo lo que
 pudimos desear. Y aunque tengo por sin duda que para su
 Paternidad Reuerendissima ha sido felicissima suerte el
 subir a gozar los premios de su auentajada Religion y pté-
 das, pero para nuestra Religion ha sido justissimo castigo
 de nuestras culpas el auernos quizado Dios la corona de
 ella, por la qual justissimamente podemos derramar la-
 grimas lamentandonos, y diciendo con el Profeta Iere-
 mias: *CECIDIT CORONA CAPITIS NOSTRI. VE NOBIS,
 QVIA PEGCAVIMVS.* Y para que a V. PP. y RR. y a toda el-
 ta nuestra Prouincia conste del discurso de su enfermedad
 y dicha muerte, remito a toda esta Prouincia impressa
 la Relacion que de Roma se me remitió para nuestro ma-
 yor consuelo, que es la siguiente.



DE Prima Decembris anni 1649. diem suum obiit Venerab. P. Fr. Thomas Turcus Prædicatorum Ordinis Magister, pro quæ Religionis suæ tractandis negotijs vitam fortissimo contempsit. Nam grauisimis pro Ordine vrgentibus causis cum in his autumalibus diebus Sol lucis avarus vix ex oriente emerisset in Pelagum demersus, dies breues, longiores verò noctes reliquens, vbi sibi diem lucem negari vidit, supetias à nocte recipere coactus fuit: & ita die Martis, & Mercurij, qui fuerunt 23. & 24. Nouembris ferè vsque ad mediam noctem mansit extra Conuentum, causas, & negotia suæ Religionis propugnaturus. Die Mercurij igitur redijt post 5. horam noctis, laxus, & iacénatus accubuit, sed parum quieuit. Febri eum iam corripiente, surrexit nihilominus manè vix, qui pro honore Dei, & Religionis iam consueuerat vitam suam profundere, & non contentus indixisse publicas orationes pro re tam grandi, voluit celebrare, & Nouitios manu propria sacre Eucharistiæ Sacramento reficere; sacro peracto, ac simplici Nouitiarum deuotione munitus, licet febricitans Apostolicum Palatium petijt, tanquam vnus de Conseltoribus Tribunalis fidei, vt Congregationi sancti Officij adesset, ibique vsque ad meridiem exhortationibus Prælatorum, qui reditum ad Conuentum consolebant, fortissimo animo non auditis expectauit, donec Congregatione terminata Eminentissimus Cardinalis S. Clementis eum in suo curru recipiens ad Conuentum redoxit. Accendit ad suam Cellam, iam ex febre nedum, sed ex aeris intemperie, & labore longæ expectationis fessus, lectum
huu;

humilem petijt, accersuit Medicus, qui ea die de morbi
qualitate iudicium ferre reuens, die Veneris redijt, & nō
apparentibus signis, nisi febris accidentalis, ex rheumate,
& aliquali dolore in hipochondrio dextro iuxta notas cos
tas iudicauit morbum nullius ferē periculi arbitratu fluxum
humoris esse ex materia podagrica, quæ in Reueren-
dissimo Generali sumopere abundabat. Die verō Sabati
in tantum creuit morbus, vt præ dolore intensissimo quo
premebatur in hipochondrijs, nedum se vertere, sed nec se
posset mouere. Die Dominico duobus alijs accersitis Me-
dicis peritissimis, apparuit in pallida facie suauissimus
rubor, & anhelus laboriosus indicans in pectore latere
malum iam se mortuum constantissimē affirmabat Reue-
rendissimus Generalis, iudicans ex dolore hipochondrij,
qui modo respondebat in pectore, morbo Pleuritidis (qui
à Latinis dicitur Costatus) laborare. Negabant Medici,
verumquē dicebant, occultantes interim aliam speciem
morbi etiam deteriorem, nimirum morbum inflamma-
tionis Pulmonis, quem Græci Peripneumaniā dicunt,
à quo & rubor ille faciei insolitus, & oppressio ingens, &
& respiratio impedita nascebatur. Omnis fuit adhibita
cura, & iuxta consilium trium Medicorum opportuna ex-
hibita remedia, sed in vanum, quoniam morbo maiores
vires sumente in fine 7. diei sui accubitus die Mercurij pri-
ma Decembris intra confinium illius diei, & initium se-
quentis hora sexta cum dimidia placidissimē in Domino
quiescit. Vir magnus maximum in morte se ostendere vo-
luit. Infirmetas non infirmitas, sed crudelissimum marty-
rium fuit, sed tolerantia, & fortitudo eius qualis & Mar-
tyris. Dolor non tã acutus, quàm suffocationis metu con-
tinuō grauis labor in respirando vicens, vigilia continua
sine momento quietis, sitis vrens, sed animus dolores sum-
ma tolerantia vincens, & voluntas ocxu tam forti cum

diuina colligata, vt frequentius cum pro doloribus, quibus praecebatur gratias Deo agere, & maiores ab eo desiderare, & petere, omnes audierunt. Sermones eius hierant. Da Domine patientiam, da constantiam, hic vte, ne in aeternum vras. Patronos suos apud Dominum interpellans, aliud ab eis nil desiderauit, aliud nil petijt, quam stabilem, & perseverantem in grauisissimi morbi tolerantia constantiam, & de praeteritis culpis contritionem. Die Lunae ardentis febris incedijs ferè exustus, adueniente nocte remansit valde debilis, & licet non adhuc morti proximus, timens, ne vberiori rheumatis fluxu sacrum Viaticum sumere impediretur, voluit praeuenire, & infra horam nonam, & decimam noctis vocato Priore, & factò signo surgendi ad matutinas, communionem petijt, venientem Dominum suum summa deuotione excepit, voluit è lecto in terram se prosternere, sed deficientibus viribus, se meliori modo supra lectum erexit, & venia petita à cunctis fratribus Ordinis constantique assertionem protestatus, nulli se debitorum cognoscere, nullum vnquam offendisse, zeloq; ductus fratrum emendationem, & Dei honorem solum praeculis habuisse. Sermonem hortatorium habuit ad fratres iterum atque iterum ad obedientiam, studium, mundi contemptum, & maxime ad Ordinis pacem hortatus, cum tanta eloquentia, & eruditione Scripturarum, quod, nisi vidisset in lecto iacentem, & ex morbo difficile loquentem, cum sanum indicasset. Sacro igitur Viatico sumptò, ab illa hora exultauit vt Gigas ad currendam viam. Die vero Martis, morbo crescente Extremam vocationem petijt, iterumq; sermonem exhortatorium ad fratres habuit, iterum atque iterum pacem Ordinis commendans. Crescebat morbus, sed vir animi constans lucrabatur cum morte eam victurus. Morbi acerbitatem, & dolorem temperate conabantur Fratres, & Patris dolores acerbissimus mitiga-

re, copiosissimis lachrymarum imbribus procurabant. Sed ipse constans, nil nisi patientiam desiderare, salutem promittentibus irasci, solum suffragia orationum petere, solum suorum peccatorum contritionem postulare. Die Mercurij, cum multitudo Fratrum aduenisset, iussit cantari Salve Regina, sicut & fecerunt, deficiebant vires, sed nunquam viro forti defecit sensus, nunquam animus: sciens sacrum Pœnitentiæ sacramentum esse ianuam cœlorum, frequentissimè peccata sua suo Confessario (qui fuit Prouincialis Terræ Sanctæ) confessus est, & in fine etiam vitæ iam iam moriturus, non sine sacramentali absolutione voluit discedere. Cum verò instante morte Prouincialis Terræ Sanctæ cum alijs multis commendationem Animæ haberet, & prout de more recitarentur Sanctorum Litanæ, & aliæ Preces; mirum, quantis deuotionis verbis, & signis voces orantium prosequeretur, & cum idem Prouincialis Officiu[m] commendationis perficere volens, inciperet illud proficiscere Anima Christiana, &c. Nondū & tempus, dixit Generalis, & verè quasi per horam adhuc vixit, & quia faticabatur valde ex attentione ad orationes, quas alta voce habebant adstantes, iudicauerunt silentio orandum, sed illis tacentibus à Prouinciali Terræ Sanctæ iterū atque iterum suffragium orationum postulauit, & ne doleteret, iterum atque iterum reassumpta fuit Psalmodia, donec ipse simul cum voce, vitam relinquens, placidissimè in Domino obdormiuit, die Iouis 2. Decembris. Tanquā alter ex Fratribus in sepulchro ordinario sepultus fuit. Nam, nedum priuatim Prouinciali Terræ Sanctæ id mandarat, sed publicè sacrum Viaticum sumpturus, adstante Procuratore Generali, & Priore Conuentus, & Fratribus id præcepit, omnes ad iudicij æterni Tribunal vocans, si mandatum suum contemnere voluissent. Sic ergo cū maxima totius Urbis fama, sine pompa velut alter ex Fratribus

bus tumulatus fuit. Noluit vir pius sine Pontificia benedictione discedere, ac propterea ex lecto supplicem libellum transmisit ad Pontificem gratias summas reddens pro receptis favoribus à S.S. eique benedictionem petens, & Ordinem suum Apostolice protectioni commendans. Pontifex verò benedictione data, & summis laudibus virum profecutus, dolorem, quem de eius discessu concepit, apud plures testatus est, sed & aliqui Domini Cardinales litteras, quas ex lecto ad eorū Eminētias transmisit sine lachrymis legere non potuerunt. Tota verò Curia morte eius lachrymōsa virtutes animi immortalitati consecrauit.

LA qual dicha Relacion, que en todo y por todo conuerda con su original, remitido por el M.R.P. Maestro Prouincial de Tierra Santa, que queda en mi poder, yo el dicho Maestro Fr. Iuan de los Angeles Vicario General desta dicha Prouincia de Andaluzia de Predicadores, mando por estrecha obediencia a todos los Padres Priores y Presidentes de los Conuentos della, que luego que la reciban, la hagan leer a la Comunidad a media primera, para que a todos conste de tan santa y dichosa muerte, y tengan a su Reuerendissima muy en la memoria para encomendarle a N. Señor en sus Oraciones, y pedirle a su Magestad se firua de dara nuestra sagrada Religion, Cabeça y Sucessor, que mas conuenga para su santo seruicio, y mayor credito y authoridad de nuestra sagrada Religion. En fee de lo qual lo firmé en nuestro Conuento de San Pablo el Real de Seuilla en veinte y quatro de Março de mil y seiscientos y cinquenta años.

J. M. de los Angeles
Vicario General

Ante mi
L. L. de Herrera
C. de S. Pablo